



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmma Totivs Theologiae S. Thomae Aqvinatis, Doctoris Angelici Ordinis Prædicatorum

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Tertium

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romae, 1619

Vtrum ad vitam contemplatiuam pertineant virtutes morales? 2

urn:nbn:de:hbz:466:1-38803

Ad secundum dicendum, quod ad ipsam visionem primi principij, scilicet Dei, incitat amor ipsius. Unde Greg. dicit super Ezech. quod vita contemplativa, calcatis curis omnibus, ad videndam faciem sui creatoris animus inardescit. *ho. 14. cir. ca med.*

Ad tertium dicendum, quod vis appetitiva movet non solum membra corporalia ad exteriores actiones exercendas, sed etiam intellectum ad exercendam operationem contemplationis, ut dictum est. *In co. ar.*

ARTIC. II.

Utum virtutes morales pertineant ad vitam contemplativam? *849*

Ad secundum sic proceditur. Videtur, quod virtutes morales pertineant ad vitam contemplativam. Dicit enim Greg. super Ezech. quod contemplativa vita est charitatem Dei, & proximi tota mente retinere. Sed omnes virtutes morales, de quarum actibus dantur precepta legis, reducuntur ad dilectionem Dei, & proximi: quia plenitudo legis dilectio est, ut dicitur ad Romanos. 13. Ergo videtur quod virtutes morales pertineant ad vitam contemplativam. *inf. 9. 18. a. 1. ad 3. ar. 2. co. ar. 4. ad 1. et 9. 182. a. 3. cor. Et opu. 17. c. 7. ad 7. Et 3. con. tra c. 7. ff. Et Phy. 7. lect. 6. co. 5. Ho. 14. in Exec. Ho. 14. in Exec. cir. med.*

¶ 2. Præterea, Vita contemplativa præcipue ordinatur ad Dei contemplationem. Dicit enim Gregorius super Ezech. quod calcatis curis omnibus ad videndam faciem sui creatoris animus inardescit. Sed ad hoc nullus potest pervenire nisi per munditiam, quam causat virtus moralis. Dicitur enim Matt. 5. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Et ad Hebr. duodecimo, Pacem sequimini cum omnibus, & sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum. Ergo videtur quod virtutes morales pertineant ad vitam contemplativam.

¶ 3. Præterea, Gregor. dicit super Ezech. quod contemplativa vita speciosa est in animo: unde significatur per Rachèlem, de qua dicitur Genes. vigesimo, quod erat pulchra facie. Sed pulchritudo animi attenditur secundum virtutes morales, & præcipue secundum temperantiam, ut Ambros. dicit in primo

l. 1. c. 34. primo ¶ de Officijs. Ergo videtur quòd virtutes mo-
 10. 1. rales pertineant ad vitam contemplatiuam.

l. 6. c. 28. SED contra est, quòd virtutes morales ordinan-
 sir, med. tur ad exteriores actiones. Sed Gregorius ¶ dicit in 6.
 Moral. quòd ad cõtemplatiuam vitam pertinet ab ex-
 teriori actione quiescere. Ergo virtutes morales non
 pertinent ad vitam contemplatiuam.

RESPONDEO dicendum, quòd ad vitam con-
 templatiuam potest aliquid pertinere dupliciter. Vno
 modo, essentialiter. Alio modo, dispositiue. Essentiali-
 ter quidem virtutes morales non pertinent ad vitam
 contemplatiuam: quia finis contemplatiuæ vitæ est cõ-
 sideratio veritatis. Ad virtutes autem morales scilicet
 quidem, quod pertinet ad considerationem veritatis
 paruum potestatem habet, vt Philosophus dicit in
 lib. 2. c. 2. secundo Ethic. Vnde & ipse in decimo ¶ Ethic. vir-
 in pri. et tes morales dicit pertinere ad felicitatem actiuam,
 l. 10. c. 11. non autem ad contemplatiuam. Dispositiue autem vir-
 ¶ l. 10. c. tutes morales pertinent ad vitam contemplatiuam.
 7. c. 8. s. Impediunt enim actus contemplationis, in quo esse
 5. tialiter consistit vita contemplatiua, & per vehemen-
 tiam passionum, per quam abstrahitur intentio animæ
 ab intelligibilibus ad sensibilia, & per tumultus ex-
 teriores. Virtutes autem morales impediunt vehemen-
 tiam passionum, & sedant exteriorum occupationum
 tumultus: & ideo virtutes morales dispositiue ad
 vitam contemplatiuam pertinent.

Ad primum ergo dicendum, quòd sicut supra
 art. præc. dictum ¶ est, vita contemplatiua habet motiuum ex
 te affectus. Et secundum hoc dilectio Dei & primum
 requiritur ad vitam contemplatiuam. Causæ autem
 uentes non intrant essentiam rei, sed disponunt illam
 perficiunt rem. Vnde non sequitur quòd virtutes mo-
 rales essentialiter pertineant ad vitam contemplatiuam.

Ad secundum dicendum, quòd sanctimonia, id est
 munditia, causatur ex virtutibus, quæ sunt circa pas-
 siones impediunt puritatem rationis. Pax autem cau-
 satur ex iustitia quæ est circa operationes, secundum
 illud

illud Isai. 32. Opus iustitiæ pax: in quantum scilicet ille qui ab iniurijs aliorum abstinere, subtrahit litigiorum & tumultuum occasiones. Et sic virtutes morales disponunt ad vitam contemplatiuam, in quantum causant pacem & mundiciam.

Ad tertium dicendum, quod pulchritudo (sicut supra dictum est) consistit in quadam claritate & debita proportione. Vtrumque autem horum radicaliter in ratione inuenitur: ad quam pertinet & lumen manifestans, & proportionem debitam in alijs ordinare. Et ideo in vita contemplatiua, quæ consistit in actu rationis, per se & essentialiter inuenitur pulchritudo. Vnde Sap. 8. de contemplatione sapientiæ dicitur, Amator factus sum formæ illius. In virtutibus autem moralibus inuenitur pulchritudo participatiue, in quantum scilicet participat ordinem rationis: & præcipue in temperantia, quæ reprimit concupiscentias maximè lumen rationis obscurantes. Et inde est quod virtus castitatis maximè reddit hominem aptum ad contemplationem, in quantum delectationes venereæ maximè deprimunt mentem ad sensibilia: vt August. dicit * in lib. Soliloquiorum.

ARTIC. III.

Vtrum ad vitam contemplatiuam pertineant diuersi actus?

Ad tertium sic proceditur. Videtur, quod ad vitam contemplatiuam pertineant diuersi actus. Ricardus enim * de sancto Victore distinguit inter contemplationem, meditationem, & cogitationem. Sed omnia ista videntur ad vitam contemplatiuam pertinere. Ergo videtur quod vitæ contemplatiuæ sint diuersi actus.

¶ 2 Præterea, Apostolus secundæ ad Corinth. 3. dicit, Nos verò reuelata facie gloriam Domini speculantes, transformamur in eandem claritatem. Sed hoc pertinet ad vitam contemplatiuam. Ergo præter ista prædicta etiam speculatio ad vitam contemplatiuam pertinet.

¶ 3 Præ-

9. 145. a. 2.

l. 1. c. 10. ante me. 10. 1.

850

3. d. 35.

9. 1. ar. 2.

Et 4. d. 5.

9. 4. a. 2.

9. 1. ad 2.

* in l. de

contempla-

tione, c. 2.